Opusculum ex floribꝰ scriptura-
rum collectum De arte moriendi
predicatum Misne per licenciatū
Valentinum Anno. lxxxxiij.

uwaga! karty pomieszane

Vlti multa sciunt Et semetipsos nesciūt ait Bernhardus in principio suarū meditacionū Hec verba nō modo apud simplices Verum eciam apud euidentissimos approbata inueniunt Ipse namqz venerabilis Boecius·iam sanctus Seuerinus in suo cōsolato philoso· interrogatus an se nosceret esse hominem·et quid esset homo·Respondit homo est aial rōnale mortale·et id me esse cōfiteor et nihilplus Ecce nouit se ad vitam mortalē·que corporis est·et ignorabat se ad vitam imortalez que anime est Quid mirū si tales plus intenti sūt circa temporalia quam eterna qui vite corporis necessaria respiciūt Et vitam anime nō intelligūt·bestiarum more·De quibus idem Boecius d' summo bono·vehemēter exclamat dicens·Ve vobis qui d' numero bestiarū cōputati estis Qui vitam pecudū eligitis·et qd' in vobis diuinū est·scz animā·negligitis·qd' deterius ē bruto·Vnd' Can·primo Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres sūt verba sponsi ad animā fidelem Abi post vestigia gregum tuorū Vbi Bern·homo se ignorans est bestialior pecude·quia ceteris animalibus·sese ignorare a natura est hominibus aūt ex vicio venit Vtinā tales saperēt·et saltem se mortales intelligerent·et nouissima puiderēt Sicut scriptum est·memorare nouissima·et ineternuz non peccabis·ecclesiastici·vij·Nā tēpla saxea marmorea ac ferro solidata·cottidie ruere vident et se nūquā putant morituros·Vos sicut hoies moriemini·ait pphēta quod ad disciplinaz ptinet nō ad presūpcionez Agnosce ergo homo te ipsū·qd es et qd cito eris·hodie viuis et cras forte morieris Laudabilior es dicit Hugo Si teipsuz agnoscis·quaz si te neglecto cursus siderum vires herbarū cōplexiones hominū naturas animaliū celestiūqz terrestriū sciās habeas Et licet omnis sciencia bona est Dicit Bern·super Can·tamen tu qui tuam salutez operari pro breuitate temporis festinas ea prius scire curato que

ps 8j

Eccli jo ... et hodie rex et cras morietur

Esai: 22 Comedamus et bibamus cras enim moriemur

Mach: 2 Gloria eius stercus et vermis hodie extollitur et cras non inuenietur

Cor: 15 ... et bibamus cras moriemur

untur et videntur mala que tendunt ad ruinam nec im
rum quia quod antiquatur et senescit prope interitum
est. Ad hebre. viij Vnde Julianus in suo prenosticacio
ne .li.i. Si in habitaculo tuo parietes vetustate inuta-
rent tacta desuper. tremerent domus Jaz fatigata et ru
inam proximam minaretur. nonne omni celeritate mi-
grares mundus iam mutat et ruinam sui non senectute
rerum sed finis propinquitate. testatur Hec ille Et apo
stolus Jam dudum dixit nos sumus in quos fines secu
li devenit. Item mundus est mare periculosum. Ec
clesiasti. xliij. Qui nauigant mare. narrãt pericula Sz
omne quod est in mundo. aut est concupiscẽcia oculorũ
aut concupiscẽcia carnis. aut supbia vite. i. Johãnis ij.
Et ad quodcunqz manum porrexeris erit mors in illo.
et qui hec diligit peribit in illis. Vnde Bernhardus pe
riclitatur castitas i delicijs. humilitas in diuicijs. pietas
in negocijs. veritas in multiloquio. et caritas in hoc ne-
qm̃ seculo Qui ergo querit mundũ dicit socrates est si-
cut mare intrans. de quo si euaserit. dicitqz se exposuit
fortune et si perit. dicit qꝫ seipsum decipit. Hec ille ha-
bet hoc mare syrenas cantantes venite fruamur bonis
in Juuentute Coronemus nos rosis &c. Et illud ysaye
xxij. Commedamus et bibamus. cras enim moriemur
Tercio mundus est amicus fallax et dolosus. quia dili-
git in prosperis. et odit in aduersis. Vnde Salomon.
Multi colunt personam potentis et sunt amici dona tri
buentis. fratres hominis pauperis oderunt eum prouer
bio. xix. Et iterum proximo suo pauper odiosus est. ami
ci vero diuitum multi. puerbi. xiiij. Eciam mundus di-
ligit propter bonum vtile. et delectabile cessantibus hijs
cessat amicicia. ix. Ethicorum Omni aut tempore diligit
qui verus amicus est. proverbiorum. xvij. Socrates mun-
dus inquit deserentem absoluit in ostendendo sibi suam
mutacionem. et querentem decipit prestando. aliquam

delectacionem· demū ad vltimam amaritudinē intēdit
Hoc Seneca considerans epistola· viij· Ad lucillum di
cit Rectum iter quod sero cognoui· et lassus errando
alijs demonstro clamo· vitate que vulgo placent que
casus tribuit ad omne fortuitum bonum suspiciosi et pa
uidi· subsistite nam fera ⁊ piscis aliqua specie oblectan
te decipitur· munera esse putatis et insidie sunt· Hec il-
le O quam multi hec minime aduertunt· sed in prospe-
ris secure gaudent· non attendentes scriptum· qm̄ crea
ture dei in odium facte sunt· et in temptacionem anime
hominum· et in muscipulam pedibus insipiencium Sa
piencie· xiiij· et iterum prosperitas stultorum perdet eos
prouerbi· p̄mo Et ps̄· xc· Cadēt a latere tuo mille et de
cē milia a dextris tuis idest qn̄ aduersitate perdūt mille
tunc in prosperitate perduntur decem milia dicit Bern
hardus Nolite ergo diligere mundum et ea que sunt in
mūdo· i· Johannis ij· Qui enim mundū et ea que mū-
di sūt diligūt p facto bn̄ mori non sciunt· quia difficile
possessa derelinqunt O mors dicit sapiens· quam ama
ra est memoria tua homini habenti pacem in substancijs
suis· cuius vie directe sūt in omibus ⁊ adhuc valēti cibū
accipere eccle· xli· bene autem mori ē libent mori· vt ī pate
bit Amicicia eciā huius mdi ē inimica deo et q̄ voluerit
esse amicus huius seculi inimicus dei cōstituitur Jaco·
iiij· Sz amicus mūdi pbat· qui gaudet de prosperis mū
di et dolet de aduersis· quia dicit phūs ij rethorice Ami
cus congaudet de bonis et dolet de malis sui amici·
Sic qui videt diuersas plagas mundi vt sunt fames·
pestilencia· Gladius· persecucio ⁊ cetere angustie· que se
cundum euangelium annuncciant finem mundi et ap-
propinquacionem regni dei Mathei· xxiiij· de quo ami
ci dei gaudent· et amici mundi tristantur Vnde Grego
li· Omeli· Omelia i· Absit ut fidel· quisqz q̄ deū videre
desiderat d mdi pcussiōibus· lugeat quem finiri eisdem

suis percussionibus·non ignorat·q̄ ergo appropinquãte mundi fine non gaudet amicum se illius esse testatur· atq; per hoc inimicus dei esse conuincet Sed absit hoc a fidelium cordibus absit ab hijs·qui et esse aliam vitaz per fidem credunt·et eciam per operacionem·diligunt· ex mundi enim destruccione lugere eorum est·qui radi· ces cordis in eius amore plantauerunt·qui sequentem vitã nõ querunt·qui Jllam neq; esse suspicantur· Hec Grego· Jtem mundus quarto est hospes mendax·⁊ fla giciosus quia aduenas ad modicum ditat·et honorat· Et postea nudos et spoliatos abire permittit· Job·xix· spoliauit me gloria mea et abstulit coronam Eciaz Job primo Nudus egressus sum de vtero matris mee·et nu dus reuertar Similiter Salomon Sicut nudus egres· sus est homo de vtero matris sue·sic nudus reuertetur ⁊ nihil auffert secũ d' labore suo Ecclesiastes v· Ali9 tes tis est dauid dicens·ne timueris cũ diues factus fuerit homo et cum multiplicata fuerit gloria domus eius qm̄ cum interierit non sumet omnia neq; descendet cum eo gloria eius ·psal·xlviij·et ita gloria eorum in confusione qui terrena sapiunt·ad philip·iij· Eciam mundus sibi conuenientes colligit quos morientes statim de corde ex· cludit dicente ·propheta ·obliuioni datus sum tanquaz mortuus a corde·psal·iij·tali amico adherere insipiẽciuz est·mihi autem deo adherere bonum est·quia Pater me us et mater mea dereliquerunt me· Dominus autem assumpsit me psal·xxvi· Quid enim si diligenter atten· dis sunt omnia mundana·nisi quedam sompnia vana· et quid profuerunt suis amatoribus ex libro· Sapiencie Respondent dicentes Nos insensati Quid nobis pro fuit superbia et diuiciarum iactancia·transierũt omnia illa tanquam vmbra et tanq̄ nauis que pertransit aquã fluctuante; cuius cũ preterit nõ est inuenire vestigiũ aut auis q̄ trãsuolat in aere·⁊ pt9 hoc nullũ inuenit signuz

itineris eius· aut tanquam sagitta in locum destinatum sic nos nullum signum virtutis relinquimus· Hec dixerunt in inferno hij qui hic peccauerunt· Sapiencie· v· Attende igitur queso· vbi sunt principes gencium qui dominati sunt super bestias terre· qui aurum et argentū thezaurisauerunt· qui ciuitates et castra extruxerunt· q̄ reges et regna bellādo deuicerunt· vbi sapiens· ubi scriba· vbi inquisitor huius seculi vbi Salomon sapientissimus· vbi Absolon speciosissimus· vbi Sampson fortissimus· vbi Allexander potentissimus· vbi Aswerus gloriosissimus· vbi cesares potentissimi· vbi reges et principes incliti· quid profuit illis inanis gloria breuis leticia mundana potencia· magna familia· carnis voluptas· Concupiscenciarum suauitas· vbi risus· vbi iocus· Vbi leticia· vbi iactancia· vbi arrogancia· vbi generositas sanguinis· vbi pulchritudo corporis· vbi elegancia · vbi predia· vbi pallacia· omnia ex hoc seculo tanquaʒ aque defluxerunt Fuge ergo tu fuge mundi leticiam· que fm Augusti· Non ē aliud nisi impunita nequicia scilcʒ luxuriari· inebriari cōmessacionibus vacare vanitatibus intendere· et p hijs in hac vita nihil sustinere· sed in futurum oīa seruare quo nihil infelicius ꝛc̄·

Secundū quod considerari oportet est presētis vite calamitas· quia misera breuis et incerta Quā misera est nouit sapientis industria· q̄m presens vita nisi labor et dolor et afflictio spiritus Labor in accōibus dolor in passionibus et afflictio in temptacōib9 Bern har· in sermone· de vigilia domini· quid enim hic nisi labor et dolor commedere appetis· quia fames vtrumqʒ te cruciat labor est· sed quia fames grauior cōmedre nescis esse laborem· post q̄m vero fames repulsa fuerit Vide si non grauius ducis commedere· quam esurire Sic se habent vniuersa sub sole· Licet pauci videntur sentire·

quomodo omnia videntur iocunda sustineri non posset
nisi vicissitudo · et alterna requies interponeretur · nec
ad dolorem se natum dubitet · qui natus est in dolore · qd
prolis fletus indicat et vagitus · Nunquid eciam senten
cia hec vera est temptacio est vita hominis super terram
Job · vij · Temptat enim mundus suis blandicijs Ca-
ro delicijs Dyabolus suis malicijs · vbi sapiens timet et
declinat a malo · stultus autem transibit et confidit pro
uerbio · xiiij · De miseria huius vite Augustinus de visi
tacione infirmorum sic dicit Quis numerare potest pre
sētis vite molestias · Esurire Sitire Algere · Calere las
sari · 7c · innumerabilia Et ipsa consuetudine nobis do
mestica · sed reuoluamus que intra nos sunt Cupere A-
mare Odire · Fornicari 7c · Concludit Deniqȝ auda-
cter pronunccio · quia principium vite hominis inicium
dolorum fuere phi · Hec nō ignorantes · quia in ortu pu-
erorum Lugebant in morte gaudebant hec signantes ·
quia homo ad laborem nascitur · et ad Requiem mori-
tur Hec Augustinus hinc Salomō · Ecclesiast · vij · Me
lior est dies mortis die natiuitatis · Hoc de homine xpia
no et iusto intelligendum est Est et presens vita breuis ·
quia homo natus de muliere breui viuens tempore Job
xiiij · Et breues dies hominis sunt Idem · xiiij · Et for-
te tibi non videtur · quia multos diu viuere cernis · Nō
mirum si granum sinapis solum in se magnum videtur
in comparacione montis paruū reputatur aut nihil · sic
vita presens in comparacione future · est sicut stipula an
te faciem venti · An ignoras · qm̄ mille anni presentis
temporis apud dn̄m tamquam dies hesterna que prete-
rijt psalmo · lxxxix · Vita presens ventus cito transvo-
lans Et nostrum viuere non est aliud nisi ad mortez trā
sire Vnde Grego · vita mea nauiganti similis est · siue
dormiam siue vigilem · semper festinus vado ad mortez
vita presens dicit seneca Epistola lxxvij · Si virtus mori

endi abest seruitus est vita non quam diu. sed quam bene sit acta refert. hec ille Bernhar. in meditacionibus Cur istam vitam tanto tempore desidero in qua quanto amplius viuo tanto plus pecco. et quanto vita longior. tanto culpa grauior. quia seniores grauius peccant. quã iuuenes Vita presens stultis et peccatoribus dulcis est. Sapientibus et iustis carcer est huius exemplum in euãgelio de Symeone qui cupiens mori accepit responsum a spiritu sancto. non visurum se mortem. nisi videret christum. quem cum vidisset orauit. Nunc dimittis seruum tuum domine. secundum verbum tuum in pace. Luce. scdo. Augustinus in sermone de corpore et anima O vita presens quam multos decipis. que dum fugis nihil es. dũ videris. vmbra es. dum exaltaris fumus es. dulcis es stultis. Sapientibus amara qui te diligunt non te cognoscunt. qui te fugiũt. ipsi te intelligunt. alijs te promittis longam. ut decipias. alijs breuem vt in desperacióe inducas. hec Augustinus hinc psal. vanitas omnis homo viuens Adrianus vide infra in fine Est deniqz presens vita incerta. quia nescit homo finem suum sed sicut pisces capiuntur homo et Aues laqueo. Sic capiunt homines in tẽpore malo Ecclesiastes. ix. Nihil enim cercius morte et nihil incercius hora mortis Ideo saluator noster in euangelio multipliciter amonet nos dicẽs. Vigilate. Quia nescitis diez neqz horam. Mat. xxv. et. xxiiij. Et beatus seruus quem dominus vigilantem inueniet. Luce xij. Vigilare est in timore dei viuere quia timenti deum bene erit in extremis Ecclesiast. primo. Vigilare est a peccatis surgere ad Romano z. xiij. hora est iam nos de sompno surgere scilicet peccati. vigilare est de hora mortis semper cogitare. Vigilate quia nescitis qua hora etc. Seneca epistola. xiiij. Quicquid facis respice ad mortem Nam meditacio mortis multa bona facit. primo vitam bene dirigit. Nam videmus.

quod pisces et Aues regunt se a cauda sua. econuerso nauta regens nauem ponit se ad extremum sic homo omnem diem debet habere extremum Secundo vicijs repugnat quia sicut iumenta defendunt se cauda a muscis et alijs vermibus Sic homo per memoriam mortis defendit se a peccatis Ecclesiastici. vij. Memorare nouissima tua et ineternum non peccabis Tercio presencia contempnit. Vnd Jheronimus ad Ciprianum Qui cottidie recordatur se moriturum presencia contempnit et ad futura festinat Quarto bona opera non negligit. Ecclesiastici. xiiij. Ante obitum operare iusticiam. quoniam non est apud infernos inuenire cibum ymo. nec opus. nec racio nec sciencia est apud inferos Ecclesiastes ix. Quinto timorem mortis expellit quia Gre. iacula premissa minus feriunt Seneca de naturalibus questionibus mortis. mortem ne formides effice illam multa cogitacione tibi familiarem. vt illi obuiam exire posses Idem ad Lucillum epistola xxx. Nemo hilaris excipit mortem nisi. qui se ad illam diu composuerat Sexto multa diligenter congregat quia solum hic est tempus merendi ut in futurum habeat vbi solum habenti dabitur Mathei xxv. habenti scilicet merita dabitur merces eterna mortis ineuitabilitas. ab eo autem qui non habet auferetur etc.

Ercium est mortis necessitas. homo iam necesse habet mori qui ante peccatum habuit posse mori. secundo sentenciarum distinc. xix. Vnde Apostolus statutum est omnibus hominibus semel mori ad Hebre. nono. Istam necessitatem concludunt omnes phisici. esse naturalem. sicut in naturalibus generacionem naturaliter sequitur corrupcio. Ita mors necessario sequitur vitam. Vnde Seneca epistola. tricesima ad Lucil. Vita cum excepcione mortis data est quam ideo timemus de mercede est Idem de

Remedijs fortuitis·cum sibi diceretur morieris Respō-
dit hac cōdiciōe intraui ut exirē· Itē morieris respōdit
peregrinacio est vita nostra cum multum ambulaueris
rediundum est· Morieris respōdit ·ego quod debeo pa
ratus sum soluere Morieris respondit stultum est time
re·quod vitare non posset·hec ille Macrobius primo li
bro·de sompno scipionis mortem prophetantibus esse ap
petendam ipsamqꝫ phiam esse meditacionem moriendi
Arestotiles de pomo et morte· Sapiens non debet do-
lere de morte sua sed gaudere Socrates manifesta ē bo-
nitas mortis in ea enim fit transmutacio a mundo dede
coris·ad mundum honoris·a mundo finibili·ad mun-
dum perpetuum·a mundo stulticie et vanitatis ad mun
dum sapiencie et veritatis·Hec ille Si igitur·socrates·
Plato·Arestotiles Diogi·Tulius·Valerius·Macro-
bius et ceteri gentiles·mortem non timebant qui futurā
vitam non nouerunt·nec fidem habuerunt·quid nobis
in fide nutritis qui vitam credimus eternam Quid ti-
mendam facit mortem nisi mal a vita nostra·Et si non
sufficiunt gentiles Audiamus euangelium et sanctos
doctores In euangelio dominus dicit Nolite timere eos
qui occidunt corpus vestrum Math·x·Luce·xij·p hoc
beatus Thomas probat timorem mortis esse peccatum
xxij·q·cxxv· Item dominus loquens de morte dicit
et vos estote parati·non dicit Estote timidi Audiamus
sanctum Cris·super Johannem Omne lxxxij·dicentē
horribile mors ⁊ timorē plena·sed nō apud eos·qui eaꝫ
q̄ sursū est phiaꝫ sciūt Nā q̄ nihil d futuris edoctus est·
dissolucionē et finem vite hanc rem estimat·decenter ti
met vt ad non esse incedens Noꝫ aūt gracia dei imani-
festa et occulta sapiēcie eius didicim9 et pegrinaciōꝫ rē
esse estimā9·⁊ nō dēm9 tremere·sꝫ letari·⁊ bonū aīmū
habē ꝙ corrupabilē hāc vitā dimittētes ad aliā im9 mł
to pociorē ⁊ clarioreꝫ nō hñtē finē S·lr ares·dicit oim

senseris viciniora saluti d' quorũ numero est sciencia mo
riendi De qua ad presens deo auxiliante parumper lo-
qui intendo.

Ars arcium sciencia scienciarũ. est scire bene mo-
ri qđ ad omnes mortales pertinet Vnde phũs ij.
rethorice Turpe est ignorare quod omnibus scire cõuenit
Sed bene mori nemo scit. nisi qui bene viuere didicit.
Bene autem viuere est iuste viuere. quia iustus sperat
in morte sua. puer. xiiij. Et iterum iustus si morte preoc
cupatus fuerit in refrigerio erit Sapi. iiij. Male viuere
et bene mori. eciam peccatores desiderant. in quorum perso
na maleficus propheta Balaam numeri xxiij. Sic di-
cit Moriatur anima mea. morte iustorũ et fiant nouissi-
ma mea horum similia Ecce dicit Bern. super Canti.
Omelia. xxi. Mortem spiritualium optant sibi eciam
carnales quorum tamen vitam abhorrent Sed non sic
itur ad astra. quia scriptum est Mors peccatorum pessi-
ma. psal. xxxiij. mala in mundi separacione et ãmissione
peyor in corporis et anime separacione Pessima in dei
et omnium sanctorum sequestracione Vnde Augustinus
Non est separanda mors bona quam precessit vita mala
Nec timenda mala mors quam vita bona p̃cessit Disce
ergo homo primo bene viuere Cũ Sen̄. epl'a lxi. ad lu-
cil. dicentem. Ante senectutem curaui ut bene viuerem
in senectute. ut bene moriar Hec regula debet esse christi
anorum quibus pro bona vita ꝑmittit̃ regnũ celorũ S;
proh dolor xp̃ianis inter cetera est minima cura d' bona
vita Vñ. August. in diuers. Sermonibus Homo q̃d fe
cit tibi vita tua quã inter cetera bõ solã vis esse malã. q̃d
enim habes q̃d non vis esse bonũ. nõ domũ. non nũmũ
nõ tunicã. deniq; nõ caligã. obsecro te p̃pone vitã tuam
calige tue ⁊ inter cetera bõ vitã tuã vellẽ esse bonã Idẽ
de doctrina xp̃iana video te. cũ vicio. q2 plus amas tuni-
cam tuam. quia eam vis esse bonã. quid est quod habes

et non vis esse bonum · eciam bonam mortem vis habere Et dicis Auertat deus a me malaz mortem · plus amas mortem quaz vitam · male mori times · time male viuere et noli timē male mori · quia nō pōt male mori qui bene vixit · Hec augustinus Curam ergo habe de bona vita · et non timebis de mala morte · bona vita plus quam lon ga debet optari · Vnde Sen̄e · epl'a lxx · Cicius uel tardi us mori ad rem non pertinet · bene uel male mori ad rez pertinet · pensandum est · qualis est finis presentis vite · talis manebit status perpetue · vnde ecclesi · xi · Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem in quocunqz loco ceciderit · ibi erit Per lignum intelligitur homo iuxta illud Job · xiiij · lignum habet spem · quod precisū p mortem quocūqz ceciderit siue ad austrum idest in gracia · siue ad aquilonem · idest in frigore peccati · ibi erit irreuocabiliter · Nō est ergo minima philzophia ars moriendi quam si noscere velis · mundo et vicijs oportet ut primo moriaris · mundo · per contemptum · vicijs per bellum · Nam mors non est aliud nisi separacio anime a corpore qui ergo separat animam a voluptatibus corporis · et a vanitatibus seculi ad quid facit · nisi vt bene mori asuescat Pro Ampliori tamen noticia illius quatuor sunt diligenter consideranda scilicet mundi malignitas · presē tis vite calamitas · mortis corporalis ineuitabilitas · et eterne glorie felicitas · Hec est quadriga per quam per meditacionem cottidie ascendere debet qui bene mori desiderat ·

Rimum est mundi malignitas · totus enim mundus · dicit Johānes in maligno positus est infra Johannis v · et non est veritas · non est misericordia · nō est sciencia dei in terra · sed maledictum et mendaciuz et furtum · homicidiū · et adulterium inundauerunt Osee iiij Mundus est domus vndiqz ruinosa · qz vndiqz audi

terribilium · terribilissimum mors ē · iij · ethicorū hoc intellige de hijs qui se ad mortem · nunquam preparant qui ducunt in bonis dies suos · et in puncto ad infernuꝫ descendūt Job · xxi · Sed forte dicis sicut quidam sciūt Nunquid christo forcior sum qui in morte sua turbatus et tristis fuit · vt testantur omnes euangeliste Respondet Julianus in sua prenosticacione Insanissimus hoc dicit quid est · ꝙ christus turbatus ē nisi quia infirmos in suo corpore hoc est in sua ecclesia sue infirmitatis voluntaria similitudine consolatur · ut si qui suorū adhuc morte innuente turbantur ipsum intueantur ne hoc ipso se putantes reprobos priore desperacione morte absorbeantur · Ecce propter nos tristiciam assumpsit Et subdit · nā si nulla esset mortis uel parua molestia non esset tā magna martirū gloria Hec ille Non est ergo timenda mors corporis · que vitam non potest · sed mors anime · que nisi volentem occidit · Prima mors non est aliud · nisi separacio anime a corpore Secunda est separacio anime a deo per peccatuꝫ · quod est accio voluntaria et omnis mortis causa · fuge causam et non timebis mortem · quia cessante causa · cesset et effectus Super hec omnia facit caritas · mortem non timere apostolo dicente certus enī sum · quando neqꝫ mors neqꝫ vita neqꝫ angeli neqꝫ principatus · neqꝫ virtus · neqꝫ eciam aliqua creatura potest nos separe a caritate dei ad Romanos viij · O sancta caritas que tam fortis es ut mortem vincis · quia fortis ut mors dilecto Canticorum viij · vbi nunc · es qui enim diligit mundum ꝛ ea que sunt mundi non est in eo caritas patris · i · Johannis ij · Et anima que ſm carneꝫ viuit · viuēs mortua est · dicit Bern · super Can · qm̄ ergo mūdi amator dicis · qm̄ viuis et tamē mortuus es · Apoc · iij · Bern · in sermone de apostolis Nō viuit · qui superbia inflatur · qui luxuria surdidatur · ꝗ ceteris inficit pestibꝰ · nō ē hoc viuē · ꝑ vitā cōfundere · et appropinqͥre

usq; ad portas mortis Salomō ecclesi·viij·Vidi impios sepultos cum adhuc viuerent·hinc dn̄s in euangelio·ad quēdā ait dimitte mortuos sepelire mortuos suos Ma· viij·luce ix·Tim: ergo mortē que non habet mortem ut est mors inferni·In inferno homines querent mortē et non inuenient·desiderabunt mortem et fugiet ab eis· Appōc·ix·O mors dicit iheronimus quā dulcis esses· quibus amara fuisti te solum desiderant qui te hic abhor rebant Hec est mors peccatorum pessima v·s Mors au tem iustorum est vtilis & beata·quia per eam est transit9 ad regnum beatitudinis Apoc·xiiij·beati mortui qui in domino moriunt Scd̄o est desiderabilis et preciosa quia omnis miserie finis Vnd̄ augˀst·de visitacione infirmo rum O mors desiderabilis O mors omniū pn̄ciū ma- lorū finis O mors laborū clausula·quietis principiū quis excogitare poterit tuarum beatitudinū vtilitates Nam male mori·xp̄ianorū non est·bene autem mori cum xp̄o viuere est·et quis ipsius mortis beneficia sufficienter ex ponat que hominem cum xp̄o conglutinat Subdit·vale mors nostra dilecta dulcissimam cōfiteor si possem libē- ter complecterer te·libenter gustarem te vltro subirē ne intempestas veniat·Hec augustinus Tercio est laudabi lis et gloriosa·quia cum consensu voluntatis Vnde senē epl'a lxxxij·ad luciliū Mors non est gloriosa·sed fortiter mori gloriosum est·Laudatur pauper voluntarius·nō tamen paupertas·sed quē paupertas non submittit·nec incuruat·Laudatur non exilium sed is qui fortiter tu- lit·Laudatur non dolor·sed ille quem nichil coegit dolor·omnia hec per se non sunt gloriosa·sed quicquit ex illis virtus adijt gloriosum facit·omnis res que non habet decus virtute addita id summit·hec ille Tu ergo cum necessario·egrotare cepriis·primo cogita dei voluntatem·Et adhibe tuam voluntatem·si uis de ne- cessitate facere virtutem et mortem tuam meritoriam·

quia sicut nullũ meritũ sine accessu virtutis sic nulla v-
tus sine consensu voluntatis Hec bern̄. Sup Can. O-
melia xliij. Coacta enim servicia non sunt deo accepta
sed hylarem datorẽ diligit deus .ij. ad chorin. ix. In pa
ciencia licet homo possidet animã suam. tamẽ sine hyla
ritate nõ meret̃ graciã Aplus enim nõ dicit pacienter. s
libenter gloriabor in infirmitatibus meis. ij. ad chorin.
xij. Et cõfirmat Julianus in suo prenosticacione li. i. p-
verba Cipriani dicentis. meminisse debemus voluntatẽ
non nostram. sed dei facere debere. sm̃ qd nos dominus
cottidie iussit orare. heu quam preposterũ quam q3 per-
versum. ut cum dei voluntatem fieri postulamus quãdo
evocat nos et accersit de hoc mundo deus non statim vo-
luntatis eius imperio paremus obnitimur et reluctamur
et pervicacium more servorũ ad conspectũ dñi cũ me ro-
re et tristicia perducimur. exeuntes istinc necessitatis vi-
culo non obsequio voluntatis. et quomõ volumus ab eo
premijs coronari et muneribꝰ celestibꝰ honorari ad quẽ
venimus inviti. q̃d ergo oramus et petimus ut adveniat
regnum celorum. si captivitas terrena delectat. quid pre
cibus frequenter iteratis rogamus et poscimus ut adve-
niat et acceleret. dies regni si maiora desideria et vota
pociora sunt servire hic dyabulo quaz regnare cũ christo
Subiũgit exemplũ dicens Quidaz de collegijs et consa-
cerdotibus nostris infirmitate defessus et appropinquã
te morte sollicitus cõmeatũ sibi p̃caretur astitit dep̃canti
et iam pene morienti iuvenis honore et maiestate venera
bilis statura celsus et clarus aspectu et quẽ assistentẽ vix
posset humanus aspectus oculis carnalibus intueri nisi
quez talem videre iaz poterat de seculo recessurus ad quẽ
ille nõ sine quadaz animi et vocis indignacione dixit pa
vescitis et timetis. exire non vultis quid faciam vobis q̃
tam inviti de hoc mundo exitis. hec ille Secundo cogita
languoris dignitatem. quem digne meruisti nõ semel sed
cencies et dic Justus es domine et rectum iudiciũ tuum

Hunc psalmū dicit iheronimus in epl'a ad paulā Nemo potest dicere nisi q̄ in vniuersis que patitur magnificat dominū· et suo demerito imputans de eius in aduersis clemencia glatur Noscis quia veracio dat intellectum ysaie· xxviij· Et infirmitas grauis sobriam facit animaꝫ Ecclesi· xxxi· Tercio cogita ihehenne penalitatem Vbi minima pena ſm augusti· excellit omneꝫ penam huius mundi· sicut plures expertos legimus in epl'a Cirilli et alijs locis· qui maluerūt quaslibet penas huius mūdi tol lerare ad multos annos· Quā vnū dié esse in pena pur gatorij· quoꝝ sufficit causa breuitatis· quod refert alber· magnꝰ ut habetur· in scdo libro d' naturis apū Erat vir fidelis et bonus· qui post diuturnā penitenciā quā sanꝰ fecerat incidit in languoreꝫ grauissimū· quo p annū non modice tribulatꝰ rogauit cū lacrimis dn̄m ut tāto dolori finem imponeret· data morte· nec mora missus ad eum angelus domini dixit· exaudiuit dn̄s precé tuā sed eligas quid vis a tribus diebus purgatorij pena torqueberis· si nūc discedis aut si ad huc p annū i languore manere vo lueris sine vllo purgatorio ad superos euolabis Tūc ille p̄ntem penam recolens· nec futuram aduertens respon dit mori pocius eligo et non tantū tribus diebus· sꝫ quā tum dn̄o placuerit in purgatorio tribulari· Fiat inquit angelus scdm verbū tuū· nec mora languens morte solu tus est· et eius anima in purgatoriū portata· vna ergo p acto die venit angelꝰ ad locū purgatorij· Vbi anima tor quebatur et dixit· quid nūc agis O anima· que p lang uore vnius anni tribus diebus elegisti in purgatorio de tineri Cui anima· o seductor inquit non angele· qui me in penis multis annorū circulis pro tribus dierū spacijs fefellisti· et angelus· nō mora inquit· sedinestimabili tor tura decepta es· quia nisi vnū diem de tribus in purga torio exegisti Si tamé adhuc retractare volueris· domi nus tui miseretur· ut ad corpus tuū qd non dū sepultuꝫ

est reporteris et per annū vnum· languorē quem passa es paciaris· cui anima annuo inquit vt nō per annū sed usqꝫ finem mūdi· languore· eciaꝫ detinearis acriori Hoc dicto anima reportatur ad corpus et per annū in lāguore detenta multos· quibus hec retulit ad penitenciā animauit· et post annum iterato defuncta· transit ad superna Ecce si tanta est pena purgatorij· quantā putas esse inferni vbi est penarum eternitas· demonū societas· et doloris nimia acerbitas Eternitas probatur in diuersis locis sacre scripture· vet· et no· testamenti· quas breuitatis causa pertranseo sufficit euangelium Mathei· xxv· Vbi dicetur in iudicio dampnatis ite in igneꝫ eternum Similiter athanasius in symbolo ait· et qui bona egerunt ibunt in vitam eternā· qui vero mala in igneꝫ eternum O quam pauci eternitatem ponderant· qui pro delicijs aut diuicijs· aut alia re huius mūdi eligunt eterna subire tormenta qui amplectuntur momētaneum quod hic delectat· et eternum qđ ibi cruciat Vn̄ Crisostomꝰ de reparacione lapsi· Dic mihi quanto tempora luxurie que deliciarū spacia cōparari vis penis sempiternis· centum si placet delicijs demus annos adde· et alios centuꝫ adde et decies centum que erit ex hijs ad eternitateꝫ cōpensacio· Nonne omne tempus vite huius quo delicijs frui videmur et indulgere libidini quasi noctis vnius sompnū ad eternitatis comparacioneꝫ Videtur· Eciam si equale tempus et idem spacium delicijs esset posituꝫ et pene· quis tam stultus et demens vt eligerit pro vno die deliciarum vnū diem subire penarum Hec crisostomus O eternum· interminabile· nunquā finem habiturum corporis et anime grande supplicium O mortis perpetue indicibile tormentū· quid de te referam nescio nō p̄t verbis exprimi· nec intellectu concipi aut corde comprehendi· Posito ꝙ sit vnuslapis de arena· coagulatus· ⁊ compactus tam magnus· vt infra concauitatem octaue

spere posset contineri et q post millesies mille ānos p di uinā potenciā vna arenula a dcō lapide tolleret̄ · et deiñ iter post mille ānos vna · et sic cōsequent̄ donec totus la pis in nihilū redigeret̄ · Nunqd consūpto lapide · eter nitas pdicta erit reuoluta · sic q anime dāpnatoris a pe nis liberent̄ Dico q perpetuitas illa vix est inchoata · qr finiti et infiniti nulla est proporcio · viij · phicorū Si hoc cognoscerēt dāpnati q dicto lapide consūpto a penis in ferni · deberēt eripi multū de hac redempciōis sperando gauderēt die · licet tardissime aduenturo Huiusmōi con sideracō eternitatis pene infernalis conuertit marcilien sem qui cum esset excellens ioculator vanitatibus mūdi deditus vna dierū cepit cogitare d eternitate iehennalis pene et dixit in corde suo · si tibi proponeretur iacere in lecto molli et bene strato · ita q nulla necessitate cogente inde recederes Hoc nō posses sustinē ineternū · iacere in tali lecto delicato · quō ergo poteris sustinē sempiternā in fernalē penaz Si contingerit te illaz in ppetuū fore pas surum · Hac vero consirderacione perterritus · reliquit omnia et factus est monachus post hoc episcopus thososa nus et vir eximie sanctitatis Item consideracio ppetui tatis pene infernalis retrahit et auellit a delectaciōibus mūdi Legit̄ inuitis patr quendaz senē dixisse · nutrix cuz vult ablactare et a dulcedine auertere adi māmā ponit si napiū ul aliud amarū qd dū puer lactās gustat statim re trahit̄ a dulcedine lact · sic et tu adiūge amaritudiez ppe tuā inferni a delcācionibus huius mūdi pcul dubio retra heris · Item profugat accidiam ad faciendum bonum · vel faciendum malum tediosum facit Vnde ysid · in · sy nodo Intende animo quoscunqz dolores quascunqz do lor acerbitates cōpara hoc totū iehēne et leue erit omē qd pateris Item in quadam epistola dicit Bern · vigi lias times et ieiunia manuūqz labores sed hec leuia sunt flāmas ppetuas meditanti Recordacio tenebrarū facit

nō horrere solitudinē Si futurarū vbis ociosis cogitas dissenciones non displicebit silenciū Fletus ille et stridor dencium pares tibi reddūt culcitraz et mattā. Hec Bern August. in sermone quodā. mēs humana mūdi huius il lecebris et concupiscencijs deuicta fugit laborē etc. Sz cū ceperit cogitare futuri iudicij necessitatez ac penarū eter nalium crudelitatē voluntariū bellū inducit passionib9 me ta ul' spe pmij ul' timore supplicij Vim facit priscinis de siderijs et violēt ipsa seipsaz. vincē cōtendit. hec ille Ec ce quā vtilis est ighehennalis pene cōsideracio Ideo ps. cōuertant peccatores in infernū viuētes p meditaciones ne descendūt morientes ad eternas cruciacōes Ubi tanta afflictio ut p dolore liguas suas dānati māducāt. Apoc. xvi. Cōmederunt liguas suas p dolore et blasphemaue rūt deum celi pre doloribus. et vulneribus suis Nec mi dicū torquet visio demonū q horribil' et magis quā vnq pingi potest. Unde legit qd quidā religiosus de nocte cū alijs in dormitorio iacens cepit terribiliter clamare et cū venissent ad eum fratres. Videbant eum fixis oculis ad parietem imobiliter respicientē. nec aliquid respondētē sed mirabili horrore concussū. Mane aūt a priore inter rogatus. quid de nocte habuisset Respondit se dyabolū vidisse. Et requisitus cuius esset forme Rūdit faciliter nō posse describere sed hoc inquit dico si esset fornax ar dens ex vna parte. et figura illius ex altera parte ma gis eligerem intrare fornacem. quam videre istam hor ribilissimam demonis figuram. hec ille Quarto post pe nitenciam et confessionem cogita dei misericordiam. et pietatez. Qui dicit. nolo mortem peccatoris. sed ut ma gis cōuertatur et viuat Ezechielis. xviij. Et oino noli de sperare. quantumcūqz magn9 peccator fuisti. qr maior est dei benignitas quā tua iniqtas Sz humilia te et dic do mine ihū christe pauca uel nulla sunt merita mea et tue passionis merita sunt infinita fac me participem

propter nomē tuū et miserere mei · fm magnā misericor
diā tuā rc̄ · Quinto cogita de frm̄ pro te oranciū assidui
tate ut suis orōnibus munient et protegāt te a demonuȝ
temptaciōibus hoc idē roga angelū tuū rc̄ · Vnd̄ · Julia
n9 · vbi s̄ Cū extrema dies debiti iminet orō cōtinua nos
adiuuare dȝ si eni cū ad ignota ul'lōge posita in hoc mū
do loca · transire disponim9 · modo nos fratꝝ orōnibus
cōmendam9 modo nos in ipo ꝑ'ecciōis articl'o cōtinua
lacrimaꝝ ex vndacōe ꝓfundimur · p̄cantes a dn̄o · ut pla
cidis itineris cōgressibus ꝑperemus ad finē intētum et
si hoc iā studiose manēte adhuc cōplexu corpis et anime
inter cognita loca seculi agimus · quāto studiosius talia
in fine nrō agere debēmus · cū ad illā regionē transitū fa
ciamus vbi pacta corporis sepacōn ab aīci · ad taȝ incog
nita ꝑuenimus ut nulla nob̄ hic dū viuim9 · cognicō ma
neat · Vtꝝ nos post mortem vrā vita recipiat an raptor
vite nrē suos laqueos inicere nitit̄ · si in ipso exitu · piis
fratrū ꝑ̄cibus et sedulis psalmodie officijs muniamur lō
ge ille semꝑ repellit̄ · nec audȝ se nociturū diuinis castris
ingerere Quosdaȝ eni legimus in hora transitus ab as
sistente et insidiante diabolo fraternis p̄cibus ⁊ psalmo
die frequencia liberatos · Vnd̄ nō est dubiū qꝛ cum pij fi
deles et verissimi xp̄iani ex hoc seculo transeunt · si sedu
la et frequēs fratrū oracio adiuuerit nō eos audeat con
tingere cruenta spirituū incursio malignoꝝ · hec ille · hu
ius exemplū pōit Grego · in omelia · xix · et xxxviij · d̄ quo
dam fratre in extremis laborante · q̄ alijs fratribus oran
tibus dixit · recedite · recedite · ecce draconi ad deuorandū
datus sū · q̄ propter p̄nciam vrām me deuorare nō potest
caput meū in suo ore · iam obsorbuit date ei locuȝ ut non
me amplius cruciet Illis aūt nō cessantibus Ecc subito
melioratus eger cepit · q̄bus vocibus Valebat exultare di
cens grās ago deo Ecce draco · q̄ me ad dei orandū a cce
perat fugit · oracionibus vrīs expuls9 est · stare nō potuit

Ultimo cogita et dispone elemosinarũ largitatē ꝛ sicut scriptũ ē. peccata tua elemosinis redime et iniq̃tas mise- ricordijs pauperꝝ Dani. iiij. Quia sic ignē ardētē extin guit aq̃ sic elemosina resistit peccatis Ecclesiastici iij. Et si nō adest facultas assit bona voluntas que nũq̃m care- bit mercede sua quia s̃m Gre Regnum celorũ tm̃ valet q̃ntũ habes Et hec oīa fiant in p̃nti vita Ubi est tp̃us ꝛ lo cus merēdi et abũdancia grē dei Nec multũ cōfidas de magno testamēto post mortē quia melior est vnus. d. aut vnũ op9 bonũ hic in charitate factũ q̃m multus vel mag nus thesaurus post mortē Ubi nō est tp̃us nec locus me rēdi. nec racō. nec op9. nec. sapiencia. Ecclesiastici ix. p hoc nō d̃traho suffragia animaꝝ ut ex libris machabeoꝝ intelligimus ꝛc̃.

Uartum principale in hac arte iugiter meditādũ est eterne vite felicitas Ut si quez nō abducũt an- tedicta saltem alliciat eterna beatitudo. Quia s̃m Se- necā g̃nosus est anim9 hoīs q̃ interdũ facilius trahit̃ le- nibus et blandis. q̃m asperis. plus allicit̃ p̃missis et cōso latorijs q̃m minis et terroribus exemplũ in oue. ul' agno quē viridi ramusculo ducis q̃ volueris. vbi azinũ ducis plagis vix ire cōpellis Ad huiusmōi g̃nosũ animũ loqui tur Grego. in omelia. vij. dicēs Si consideramus frēs que et quāta sũt que nobis p̃mittunt̃ in celis. vilescunt animo omnia que habent̃ in terris. terrena. nãq3 sb̃stan cia superne felicitati cōparata pondus est nō subsidium tempalis vita eterne vite cōparata. mors est pocius dicē da q̃m vita ꝛc̃. Similiter Bern. in sermōe de sancto Clemēte Om̃is delectacio huius m̃di vniuersa ei9 gra cia. et quicquit in eo concupiscitur preciosum modicũ est in cōparacione illius felicitatis et glorie. si tamen modi cũ dici d3 ꝛ nō pocius nihilũ Ecce tota pōpa seculi in cō paracione illius felicitatis non est modica gutta. Unde.

Augustinus li·iij·de li·ar·tanta est iocunditas lucis eter
ne ut si nõ liceret ibi manere plusqm̃ vnius diei mora ꝓ
pter hoc solũ innumerabiles dies pleni delicijs et circũ
fluencia bonorum temporalium merito contempnerent
non enĩ falso aut paruo affectu dictum est·melior est di-
es vna in atrijs tuis super milia·Hec Augustinus ⁊ plu
res alij·qui sunt de numero illorũ qui dicunt In odore
vngentoꝝ tuorũ cucurrimus Canticoꝝ·v·Quis enĩ sen
tit odorem boni cibi·⁊ nõ cupit gustare nisi infirm9 aut
saturatus·odor bonus est fama celestis gaudij q̃ talez nõ
sentit aut infirmus aut mortuus est Vnd' Bern·super
Can·Omelia·xxij·Quam excusacionem habẽt qui in
odore horum vngentorũ nõ currit nisi ad quez forte mi
nime odor peruenit Sz vtiqz in om̃ez terraz exiuit Sub
dit ergo qui hanc flagranciã nõ sentit aut mortuus·aut
putridus est Hec ille Curramus ergo in odore donec ad
gustum ꝑueniamus·nostrũ aũt currere est per bona ope-
ra ad dei remuneracionez incessanter festinare·vt dicit
glosa·i·ad Chorin·ix·Que aũt et quãta gaudia in eter
na beatitudine habent ego pusillus ingenio minus enar
rare sufficio qꝛ ſm Cesariũ facilius est illam beatã vi-
tam consequi·quaz·enarrare et aplꝰs in celũ raptus di
cit se audisse q̃ nõ licet homĩ loq̃ ij·Chorin·xij·Sed ait
nec oculus vidit·nec auris audiuit·nec in cor hominis
ascendit que p̄parauit deus hijs qui diligũt illum·i·Ad
Chorin·ij·tamen ſm similitudinez nostre condicionis
sub quadam methaphora ꝓpono·quiqz que habẽt et ha
bebunt Beati in regno dei scilicet locuz speciosum·vi-
ctum deliciosũ·amictũ curiosum·thezauꝝ p̄ciosum ⁊ col
legium famosũ Primo hñt locum speciosum· celestẽ vi
delicet ciuitatem iherusalez d' qua Johãnis·Apoc·xxi
dicit M ciuitas illa nõ eget sole neqz luna ut luceant in
ea Nam claritas dei illuminat eam ibi Justi fulgebunt
sicut sol in regno patris eorũ Mathei·xiij·et docti ful-

gebunt tanquam splendor firmamenti Daniel·xij·Et quia dulce et delectabile est oculis videre solem Ecclesiastes ·xi·Si delectabile est videre lumen solis corporalis·qd nobis cõmũe est cũ bestijs·Quãtũ putas dlectabile est videre lumen eternum qd nobis cõmune erit cũ angelis De pulchritudine eciam illius ciuitatis dicit Prosper de vita contemplatiua in fine ultimi li·Quaz pulchra sit quam ornata ipsi soli cognitum est·qui eam ꝑparauit diligentibus se·tamen ut ad eius desiderium raperemur·vt ad illius preclare mansionis pulchritudinem sicienter curremus·quedã ꝑ sanctoꝝ pphetarũ ora reuelare dignatus est Vnd dauid dñe dilexi decorez domus tue·ꝛ locũ habitacõis glꝛe tue·et nũquid·ita diligeret·nisi prius spiritusancto iuuant cognouisset Jterũ gloriosa dicta sũt de te ciuitas dei·Et iterũ beati·qui habitant in domo tua dñe ꝛc̃·Jtez Bern·in sermõe d Septuagesia Jrl'm ciuitas regis mgñi·q̃ ex adipe frumẽti saciat te Et quã flũis impetus letificat nec pondus nec mensura sed sacietas est apud te·et affluencia sũma·mira serenitas eterna securitas·iam nõ est timor in finibus tuis qꝛ posuit dñs fines tuos pacez·nullus inimicus intrat·nullus amicus exit·nulle ibi temptacões·nulla ibi sese cogitacionũ turba cõfundit·qꝛ ille qui idẽ est·oñia in ydem ptitate cõsolidat,et coniũgit Hec ille O dilecta Ciuitas ꝛc̃·Secũdo habent victũ deliciosũ·sicut in euangelio ꝑmisit dicens ego dispono vobis sicut disposuit mihi pat̃ vt edatis ꝛ bibatꝭ super mensã meã in regno meo Luce xxij·glo·hoc nõ dicit de escis corporabilibus q̃ aggrauãt et fastidiunt·nec talem cibum esurient·nec siciunt·Apoc·xxi·sed erunt homines sicut angeli dei qui non vtũt cibo corpis·Thob·xij·Jdẽ ibi est cib9 et cibator idem dñs et mistrator·q̃ de se ait Amẽ dico vob ꝑcingꝫ se et faciet illos discũbere ꝛ trãsiẽs mistrabat illis Luce·xij

Ecce quis potest excogitare quantū gaudiū erit de tā stu
penda dignitate ministrantꝫ cum iste pincerna delicios9
sūmi regis filius· splēdor paterne glē· candor lucis eter
ne dicet cōuiuātib9 cōmedite amici mei· et iebriamini ca
rissimi Can· v· Inebriamini non vino· ysaie· v· sed ce
lesti gaudio· de hoc conuiuio Dauid longe pphetauit di
cēs Inebriabūt ab vbertate domus tue· ꝛ torrēte volup
tatis tue potabis eos· ps· xxxv· O beatus homo qui mā
ducat panē in regno dei Luce· xiiij· Et quis hic panis
nisi qui dicit ego sū panis viuus qui de celo descēdi Jo·
hānis· vi· Ecce cibus angelorū verbū dei caro factū Jo
hānis· i· Qd' māducat homo cū angelis in pñti ecclesia
sed sub mlta drā Vnde Bern· sup Can· sermone xxxiij
habeo et ego verbū· sed in carne et mihi apponit veritas
sed in sacramento Angelus ex adipe frumēti saginat et
nudo saturat grano me oportꝫ interim quodā sacramen
ti cortice esse cōtentū· carnis furfure· littere palea ꝛ fidei
velamie ꝛ hec tlia sūt que gustata offerūt mortē nō pari
iocūditate sūmit cortex sacramenti et adeps frumenti· et
multum distant· fides· et spes· memoria· ꝛ pñcia· eterni
tas et tempus vultus et speculū ymago dei· et forma ser
ui· nēpe in hijs omibus fides locuples mihi· intellectus
pauper· vt des ergo distare inter pabula· quantum inter
loca Et sicut exaltantur celi a terra ita habitantes in
eis bonis pocioribus abundare festinemus ibi ut habite·
mus sine metu et habundemus sine defectu epulemur·
sine fastidio· Hec Bernhardus· Modus manducan·
di satis clare exprimitur· Johānis· vi· vbi ait Qui mā
ducat meam carnem· et bibit meum sanguinem in me
manet et ego in eo· Dicit Augustinus Hoc est escam il·
lam manducare et bibere in christo manere et christum
in se habere quod perfecto implet in patria Tercio ha·
bent amictum curiosum quo vesciemur post futurā re·
surreccionem ut est corpus glorificatum quatuor dotib9

ornatum Prima dos est claritas transparens et lucens Transparēs quia sicut vitrum · corpus perspicuum erit ut non solum anima in corpore · sed mens in anima conspicitur · quia sm Gregoriū in celesti patria vniuscuiusqʒ mentem Ab alterius menbrorum corpulencia nō abscondet · erit eciam lucidum · quia iusti fulgebunt sicut sol Mathei xiij · Et potest corpus glorificatum videri ab oculo non glorificato quando anima vult et sub qua forma vult ut patet qui post resurreccionem in corpore glorificato ostendit se visibilem ꝛ palpabilem Luce vltimo Secunda dos est in passibilitas ut corpus nō potest suscipere passiones corruptiuas · nec ab igne · nec a ferro aut alio offendiculo ledi ymo si in inferno poneretur nullam lesionem sentiret quod longe erit a dampnatis ut patet iiij · sentenciarum di · xlv · ut corpus non tardum mobile erit sicut nunc est · sed in momento oculi vbicumqʒ anima voluerit ibi protinus et corpus erit Dicit Augustinus sine omni fatigacione · et si non instanti tamen tempore imperceptibili · vt beatus Thomas ponit super quartū dis · xliiij · Quarta dos est subtilitas ut corp9 nō habeat resistenciam in intrando uel penetrando · quia christus clausis ianuis intrauit ut patet Johannis · xx · Ecce quam gloriosus vestitus in corpore glorificato · in q̊ tot fulgebūt gēme preciose quot modo sūt virtutes in mente Adhuc restat ali9 ornat9 · q̄ dr aureola diminuti uū ab aurea corona Corona enī dat̄ in p̄miū victorie gn̄alis nā vita hōis ē gn̄alis milicia sup terrā Job · vij · Et nēo coronabit̄ nisi q̄ legittie certauerit ij · ad Thimo · ij · talis corona ē ip̄a beatitudo q̄ om̄ibus elect̄ dat̄ in p̄miū essenciale gn̄ale Et dr metha phorice corona ī signū regie dignitatis O quā fatuus q̄ ꝑ delicijs huius mdī velit tātaʒ dignitateʒ perdere eternaliter et est alia pugna specialis magis ex cōsilio quaʒ p̄cepto q̄ cōsistit in operibus ꝑfeccionis huic dat̄ spēale p̄miū scʒ aureola q̄ est premiū acci-

dentale beatitudini superadditũ hec pugna fit cõtra mũ dũ·carnẽ et dyabolũ·carnẽ ut patz·qui obtinet victoriã meret triplicez aureolam Nã qui pugnat cõtra mundũ pro xpo pro veritate iusticia pro fide· et pro hijs que ptinẽt ad deũ meret aureolam martirum Martir est qui pro deo sus tinet penas usqz ad mortez De hoc Thomas scda ij· q· cxiiij· Qui pugnat cõtra carnẽ delectacõibus venerijs re sistando meretur aureolam virginũ Virgo est que habet propositũ seruandi castitatez mentis et corporis perpetuã de hoc Tho·ij·ij·q·clij· Qui vero pugnat cõtra dyabolũz non solũ a se·sed eciaz a cordibus aliorũ expellendo per doctrinã verbi dei eciaz si nullũ homine cõuertit adhuc meretur aureolam doctorum Doctor est qui actu docet ea que ptinent ad salutem eciam si simplex fuerit·de hoc et alijs aureolis Tho·sup quartũ dis·xliiij· Quarto hñt thezaurum preciosũ videlicet sapiencie et sciẽcie Nã si diui cie appetant quid sapiẽcia locupleciuz· Sapiencie viij· meliorez enim sapiencia cũctis operibus preciosis· pro·viij· Nã omne aurũ in cõparacione illius est arena exigua et tãquam lutum existimabitur Sapi·vij· Quid igitur prodest stulto habere diuicias dicit Solomon cũ sapienci am emere non potest pver·xvij· Quã aplus admirãs dicit· O altitudo diuiciarum sapie et sciẽcie dei ad Ro·xi· In celesti patria sancti nullius rei habẽt ignoranciam· sed oĩm plenaz scienciã·quia non docebit vltra vir prox imũ suũ et vir fratrez suũ dicens cognosce dominũ· Je remie xxxi· Sed deũ semel vidisse est totũ didicisse Vnde Gre·iiij·li·dyalogorum quid non vident·qui videntẽ om nia vident Et quid est qd nesciũt·qui scientẽ omnia sci unt Ibi in deo vident absencia tanqm pñcia·iuxta vni uscuiusqz merita de hoc Tho·parte·i·q·xij· Ibi videbi tur deus deorum in syon cognoscet deus Jacob·deus pa ter·deus filius·deus spũs·vna essencia·tres persone in suis pprietatibus realit distincte·hec est vera beatitudo·qr omnis desiderij et gaudij sũma plenitudo ibi est beatoru

mutua et pfecta noticia· et nemo dubitat· quis abraham inter patriarchas· quis helijas· aut iheremias inter prophetas· qs petrus apostolorū princeps· qs laurēcius aut Vincēcius inter martires· qs Martin9 Nicolaus· int cōfessores q mater dei inter vgines rc· Nā si dānati habēt noticiā btōrū quos nūqm viderūt ut patz de diuite sepulto in inferno Luce· xvi· Qui abrahā nouit qd mirū si anime btōz se cognoscūt τ eos qs nūqm viderūt· hec d thezauro· aie Quid de thezauro corpis referā Nāqz scriptū ē cens9 sup censū sanitas corpis eccle· ij· nec ōnino felix est q spē turpissim9 est i· ethicorū Similit pciosissimū diuiciarū genus ē habē amicos Boecius ij· d cōsolacōe phie τ ceteri plures thezauz corpis habent· quos Augus· li· d symbolo enūerat dicēs ibi est vita sine morte· dies sine nocte Juuēt9 sine senectute· sanitas sine infirmitate· pulchritudo siue difformitate· iocunditas sine dolore· tranqlitas sine labore· securitas sine timore· amicicia sine fallacia· felicitas sine miseria· Caritas sine inuidia cici9 est dié claudē· quā illa oīa enumerare Quito hnt collegiū famosū idest celestis exercitus iocūdā societatē eo q nullius boni sine socio iocūda est possessio Seneca epla vi· Et amicoz omia sūt cōmunia Ethicoz viij· Sz ibi va ē amicicia· ibi nihil possidet singularit· f omnibus omnia sunt cōmunia· pter eū q in omībus erit omnia· Ibi virgo gaudet· de sancte viduitat merito sicut de proprio Ibi vidua exultat de caste virginitat priuilegio· ibi cōfessor de martirū iocūdat triūpho· ibi martir triūphat d confessoris brauio ibi pheta d aploz victoria ibi vnusquisqz gaudet d merito alteri9 sicut d suo qz vnusqsqz diligit primū suū sic seipm Et ideo hnt gaudiū plenū de q dns in euangelio ait· petite τ accipiet vt gaudiū vrm plenū sit Johis xvi· plenū τ plusqm plenū dicit Anshel· in suo prosologo pleno cor de plena aia plena mente pleno toto homine· et adhuc superit gaudium

et istud gaudiũ non intrabit gaudentes sed toti gaudẽtes intrabunt in gaudium ꝭm illud Mathei·xxv· intra in gaudium domini tui·et tantum gaudebũt· quantũ amabũt et tantũ amabũt·quantũ cognoscent·quantũ autem cognoscent·et quantũ amabũt·nec oculus vidit nec auris audiuit·nec in cor hominis ascendit in hac vita·hec Anshelmus Studeamus ergo hic deuz cognoscere et ex toto corde amare·vt ibi mereamur plenum gaudium eternaliter possidere ad quod nos ꝑducat iesus christus nostra salus in secula seculorum benedictus Amen·

Vanta autem vanitas sit vita hominis habetur in questionibus Adriani q̃ cuidã phõ proposuit quiqꝫ questiones Prima quid est homo Respõdit phũs Homo est mancipiũ mortis· hospes loci viator transiens expõit sic mãcipiũ mortꝭ·quia manũ mortis euadere non potest·mors eni omẽs dies et labores ei9 capit·Hospes loci·qꝛ cito obliuioni datꝛ licet·cũ gaudio recipiatur·et multa bona ei ꝓmittantꝛ in ingressu hospicij que non soluuntꝛ Viator transiens quia nec ad momentum siue dormiendo siue cõmedendo a cursu ad mortem quiescit Secunda questio cui homo similis·respondit aceruo niuis rose mature Pomo nouo aceruo niuis qui modico calore in aquam resoluitur·sic homo infirmitate modica in terram redigitur Rose mature quia rubet et vernat et subito pallescit et marcessit Sic homo in iuuentu et habet calorem viuidum In vespere senectutis marcessit Pomo nouo quod dum in arbore pendens ad debitum incrementum peruenire creditur modico verme corroditur· Ita homo iuueĩs elegans quandoqꝫ non dimidiat dies suos Tercia questio quomodo habꝫ se homo Rñdit velud lucerna in vento·que cito extinguitur sicut scintilla in mari que cito abditur et annichilatur Quarta q̃stio vbi ẽ homo Respondit in bello multiplici

Quia intra se bellun consciencie. foris in corpore belli ciuile. vicium quatuor elementorum. que pugnāt cotti-die per contrarias qualitates. extra bellum. rerū concu-piscibilium. que pugnant Vt cor ad se trahant et a deo auertant Quinta questio cum quibus est homo. Res-pōdit cū septē socijs. qui eū cottidie molestant. scilicet fa-mes. sitis. frigus. estus. lassitudo. infirmitas. mors Hec ille Ecce quam vana vita hominis 2c.

Finis huius opusculi. Anno domini M°|cccc° lxxxiv. Impressum per Mauricium Brandis liptzk.